

VERS. 25. — *ÆDIFICAVIT AUTEM JEROBOAM SICHEM, ET HABITAVIT IBI* (1). Jam ante fuerat ædificata Sichem, alioquin non ibi Roboamus provinciales conventus habuisset; ædificata tamen dicitur à Jeroboamo, quia illam munivit et ornavit: ex usu autem Scripturæ id fieri dicitur, quod amplificatur et augetur:

cause que ce serait résister à la volonté de Dieu, qui se sert de ces ennemis de notre foi pour nous punir de nos péchés. Il est sans doute, ajoutez-le, que c'est Dieu qui afflige tous les hommes, de quelque manière qu'ils soient affligés; mais il ne s'ensuit nullement que quoiqu'un chrétien soit obligé de supporter patiemment ces afflictions, comme lui venant de la part de Dieu, il ne puisse et ne doive même user de tous les moyens légitimes qui seront en son pouvoir, pour s'en délivrer. On en peut voir une infinité de preuves dans l'Écriture. Mais l'exemple seul de David persécuté par Absalom suffit pour nous en convaincre. Car il est certain que le fils se souleva contre son père, pour le punir, par un secret jugement de Dieu, du double crime de l'adultère et de l'homicide qu'il avait commis. David reconnut lui-même la justice de cette conduite de celui qu'il avait si outrageusement offensé. Mais, quoiqu'il s'humiliât profondément en la présence de Dieu, et qu'il portât cet état avec toute la patience et la douceur d'un roi vraiment pénitent, ainsi qu'il le fit paraître à l'égard de Séméï, il ne laissa pas d'envoyer ses troupes contre ce fils révolté, et d'user même de tous les moyens que la prudence lui put inspirer, afin d'arrêter les suites funestes d'une guerre si dangereuse. Et tant s'en faut qu'il s'opposât en cela à la volonté de Dieu, qu'elle seconda même tous ses desseins, et le rendit victorieux de son fils.

Lors donc qu'il est dit ici que Dieu défendit par son prophète à Roboam et aux deux tribus de Juda et de Benjamin, de faire la guerre contre Israël, parce que c'était lui-même qui avait fait tout cela, il voulait leur faire entendre, non seulement que cette révolte d'Israël était arrivée par un secret jugement de sa justice contre Roboam et Salomon, mais encore que c'était un arrêt fixe et irrévocable que le royaume des dix tribus fût transféré à Jeroboam. Ainsi Roboam et le peuple qui le suivait, ne doutant plus de la volonté de Dieu, qui décide souverainement des états, selon qu'il lui plaît, quitta les armes, ne pouvant pas s'opposer à ce décret du Tout-Puissant.

(Sacy.)

(1) Dejecerat hanc urbem Abimelech filius Gedeonis, ante trecentos quinquaginta octo annos. Substitit ibi diu Jeroboam, regni initio, donec tandem sedem transtulit constituitque Thersæ, ubi pariter et reges ejus successores, usque ad conditam ab Amri Samariam consederunt.

PHANUEL, urbs erat transjordanina, ad torrentem Jaboc. Arcem hanc à Gedeone in bello Madianico eversam Jeroboamus vallavit, restituitque. Porrò Phanuel arx erat, quæ totius ditionis transjordaninæ possessionem illi asserbat.

(Calmet.)

quo modo Babylonia Dan. 4. ædificata dicitur à Nabuchodonosore, cum tamen multis ante seculis esset ædificata, quia illam ornavit multis ædificiis luculentis et splendidis, et magno civium numero locupletavit. Quod idè fecisse videtur, ut splendorem et nomen conciliaret urbi, in qua ipse rex à populo fuisset constitutus, et quia ad suam tribum pertinebat, quam aliis prælatam esse desiderabat; tum etiam quia, cum fines attingeret alieni regni, magnoperè expediebat adversus quotidianas inimicorum irruptiones esse munitam.

VERS. 26. — *DIXIT JEROBOAM IN CORDE SUO NUNC REVERTETUR REGNUM AD DOMUM DAVID, SI ASCENDERIT POPULUS ISTE, UT FACIAT SACRIFICIA IN DOMO DOMINI.* Timebat homo callidus Jeroboam, nisi suo sibi regno maturè caveret, futurum, ut aliquando gens quæ à Davidicâ familiâ discesserat, ad eam mutato consilio revocaretur. Videbat enim in Roboami potestate templum esse, in quo offerri tantum sacrificia licebat; sciebat à lege universos ex Israelitico semine juberi ter annis singulis templum obire, quod suis rationibus videbat incommodare quamplurimum. Amor enim templi omnium augustissimi, quotquot orbis habuit, et religio tanta atque mundities, tam loci quam eorum quæ ipsi viderant, fierique audiebant continenti penè studio ab ordine Levitico, caperent sine dubio tunc animos alienos, et amare facerent regem et familiam quam tunc odissent, solvereturque regnum, quod tunc à tumultuante atque seditioso populo constitutum est. Quare statuit omninò avocandum esse populum à templo; et quia durum erat avocare à religioso cultu, cui à multis seculis ante assuevisset, in suis quoque finibus templum ædificare constituit, et novos ibi deos conflare, ad quos populus religionis gratiâ conveniret. Rem quidem tentavit magnam, perfecit tamen homo callidus; quo verò id tentaverit modo, videndum est.

Josephus lib. 8, cap. 3, orationem adducit, quæ Jeroboamus populum ad suum votum et sententiam perpulit, quam cuivis promptum est legere. Cyrillus ad illud cap. 7 Osee, v. 3: *In malitiâ suâ latificaverunt regem; omnes adulterantes*, etc. Artificium ostendit quo Jeroboamus populum deceptit, eoque deduxit ut vitulos coleret, quos pro vero Deo in suâ editione supposuit. Nam cum dixisset in timore fuisse Jeroboamum, ne seditione factâ à populo, qui ægrè ferret antiquam religionem everti, et cum Ægyptiis sordibus commutari, vel occide-

retur, vel (quod idem esse putabat) exturbaretur à regno, sumpsit quosdam, qui tacitè se in populi insinuarent animos, et quasi fermentum malitiæ ad vitulorum cultum callidè disponerent. Sic autem illic Cyrillus: « Cum esset (Jeroboam) vulpes, à dolo præsidium petiit. Multos ex Israel summittit jactantes, dicentesque ipsis vitulum conflandum, et « novos dies festos ac proprios inducendos, « atque ipsum à rege contendendum; ubi populum ad hoc perquam paratum atque propensum, et hujus rei suasoribus astipulari, unàque que ipsis gaudere didicet, coactâ concione palam promulgavit adorationem vitulis aureis impertiendam, et diem festum octavimensis decimum quintum sanxit, sicut scriptum legimus lib. 3 Reg. c. 12. Hæc tunc Jeroboamo dicente laudabat populus, et exclamabat: « Hæc est dies regis. Idem et nobis erit propositum. Et aliis quibusdam hujusmodi laudibus eum recreabat. » Hæc Cyrillus. De Jeroboamo quoque explicat Hieronymus hunc Osee locum in eandem propè sententiam, licet obscurius. Vide quæ nos ad illum locum in nostris Commentariis adduximus. (1)

(1) VERS. 27. — *SI ASCENDERIT POPULUS ISTE UT FACIAT SACRIFICIA IN DOMO DOMINI, IN JERUSALEM.* Timuit Jeroboam ne populus, vadens Jerusalem ad templum, rediret pariter ad regem Roboam regnantem in Jerusalem, diceretque: Volumus adhærere Jerosolymæ et templo, ergo regi ejus Roboam; hinc jussit ne quis adiret Jerusalem et templum, sed ut in Dan et Bethel vitulis à se erectis omnes sacrificarent. Videbatur hoc ejus consilium politicè prudens, et ad regnum suum statumque politicum tuendum salutare; sed reverà fuit imprudens et perniciosum, statumque et regnum ejus prorsus labefactavit et evertit. Hoc enim ei comminatus erat Deus, in cujus manu sunt omnium jura regnorum, et ita contigit: nam quia Jeroboam ad schisma regni sui tuendum, fecit schisma pariter in religione et fide, idcirco deleta est universa ejus domus et familia de superficie terræ, ut dicitur cap. 13. Regnavit enim ipse 22 annis duntaxat cum multis doloribus et incommodis. Successit ei filius Nadab, qui vix per biennium regnavit, et à servo suo Baasà regno et vitâ privatus est, qui mox omnem familiam Jeroboam adè extinxit, ut ne unus quidem ex eâ fuerit superstes, uti jam ante idipsum ei per Ahiam prophetam Deus comminatus fuerat; quæ omnia patent 3 Reg. 15, v. 25 et seq. Fuit ergo ipse stolidus æquè ac impius, quòd Deo promittenti stabilitatem regni in posteris suis, si sibi soli serviret, non crederet. Esto enim populus ejus ivisset in Jerusalem adoratum Deum in templo, tamen Deus populum ipsi subjectum et obedientem fecisset, impedivissetque ne ad Roboam rediret; hoc enim expressè ei promiserat, ac mille modos id præstandi in mente et manu habebat.

Talia ferè sunt consilia politicorum et Machiavellistarum (quorum iste Jeroboam clarissimum est exemplar), qui religionem faciunt servire politiæ, et talem fidem et religionem amplectuntur, qualem regno vel obtinendo, vel retinendo, vel augendo, aliisque scopis sibi propositis putant aptiorem. Etsi enim eorum consilia initio videantur speciosa et utilia, tamen plerumque successu temporis maximis difficultatibus principes involvunt, et eis perniciem afferunt, ita disponente divinâ Providentiâ, quæ omnibus hominum consiliis dominatur. Audiant ipsi Nazianz. in laudem S. Athanasii orat. 21: « Constantius imperator, inquit, de tribus in morte doluit: primò quòd propinquis suis necem intulisset; secundò, quòd Julianum Apostatam imperatorem nominasset; tertio, quòd novis fidei dogmatibus studuisset, simulque cum his vocibus è vitâ discessit. Princeps enim religionem roborando, ab eo quoque roboratur. » Jeroboam inschismatesecutus est Donatistæ, de quibus S. Aug. epist. 171: « Donatistæ, ait, episcopum contra episcopum ordinarunt; altare contra altare erexerunt, (idque) in civitate Carthaginiensi, in capite Africae, » sicut Jeroboam erexit altare contra altare.

Denique veram religionem, Deique cultum et pietatem, regni et reipublicæ esse fundamentum docet S. Aug. lib. 1 de Civit. et seq.; S. Ambr. de fide, ad Gratian.; S. Cyrillus ad reginas; quin et philosophi. Audi Platonem lib. 4 de Legibus: « Ante omnia Deum invocemus, ut civitatem nostram stabiliamus, obsecremusque ut nos exaudiat, et nobis propitius sit atque benignus, ad nos veniat et leges ipse nos doceat, nostramque civitatem adornet. » Et Mercurium Trismegistum apud Rhodig. lib. 9, c. 19: « Est hominis mensura ante omnes religio, quam sequitur bonitas; ea demùm tunc videtur esse perfecta, si etiam cupiditatem omnium alienarum rerum despectui habeat virtute munita. Unusquisque pietate, religione, prudentiâ, cultu et veneratione Dei clarescit, quasi oculis verâ ratione perspectâ, et fiduciâ credulitatis suæ eatenus inter homines præstans, quatenus astra reliqua sol luminis majestate agnoscitur præcellere. » Pythagoræ sententia est, accedendo ad Deum effici unumquemque optimum. Xenophon. lib. 8 Pædiæ Cyri, Cambysem filio suo Cyro ad Astiagen avum proficiscenti, ita loquentem facit: « Hoc unum præcipue commendo, idque tanquam pretiosum thesaurum à patre donatum in tuâ memoriâ perpetuò recondi cupio: Dei esto amicus, in eundem pius, nihilque aggrediaris nisi Dei numine implorato; imbecilla enim est et hebes mortalium natura, nil Dei sapientiam latet; omnia ex sententiâ iis cedunt, quibus illa præstò est. » Quæ paterna admonitio tam altè filii animo insedit, ut non absque admiratione passim lectoribus inculcet Xenophon, quâ pietate Cyrus deos coluerit, et quo studio ac diligentia operam dederit, ut eos votis, precibus, sacrificiis placaret. Cicero Orat. de aruspicio repub.: « Quam, inquit, volumus, licet P. C. ipsi nos amemus, tamen nec numero Hispanos, nec robore Gallos, nec calliditate Pœnos, nec artibus Græcos, nec denique hoc ipso hujus gentis ac terræ do-



VERS. 23. — ET EXCOGITATO CONSILIO, FECIT DUOS VITULOS AUREOS (1). Septuaginta *δαυδαεις*

« mestico nativoque sensu Italos ipsos ac Latinos, sed pietate ac religione atque hac sapientia, quod deorum immortalium numine omnia regi gubernarique perspeximus, omnes gentes nationesque superavimus. » Valerius Maximus lib. 1, c. 1 : « Omnia, ait, post religionem ponenda semper nostra civitas duxit, etiam in quibus summæ majestatis conspici decus voluit; quapropter non dubitarunt sacris imperia servire; ita se humanarum rerum futura regimen existimantia, si divinæ potentia bene atque constanter fuissent famulata. » Et eodem in loco : « Non mirum igitur si pro ejus imperio augendo custodiendoque pertinax deorum indulgentia semper exebuit, quod tam scrupulosâ curâ parvula quoque momenta religionis examinare videtur, quia nunquam remotos ab exactissimo cultu cæremoniâ oculis habuisse nostra civitas existimanda est. »

Porro omnia præcepta regibus danda his duobus concluduntur : Memento quod es homo ; memento quod est Deus, judex et vindex. Prius ad refrenandam eorum potentiam, posterius ad voluntatem pertinet. (Corn. à Lap.)

(1) In imaginem Cherubim expressos fuisse vitulos censuit Moncaeus, contenditque Jeroboamum eò tantum spectasse, ut colendas Israelitis proponeret imagines illis persimiles, quæ arcam fœderis protegebant. Certum constituit cum aliis planè multis, in simulacris Cherubim bovis figuram cæteris præstitisse ; sed nos in Exodo 32, 4, demonstrare conati sumus, Cherubim nullam habuisse certam atque constantem figuram.

ECCE DII TUI, QUI TE EDUXERUNT DE TERRA ÆGYPTI. Hebræum *Elohim* sonat deos vel idola ; sæpè tamen pro Deo vero usurpatur. Hinc asserendi locus Moncaeo et Grotio datus est, Jeroboamum vitulos aureos ita proposuisse, ut de inducendâ in populum idololatriâ minime cogitaret. Illud tantum conabatur, ut proponeret colendum eundem, qui in templo Jerosolymitano, Deum, quique ita concepiebatur, quasi Cherubim insideret. Quis enim, inquit, in mentem inducat, Israelitas statim è cultu veri Dei in idololatriam transisse? Accusant illos frequenter prophetae de adoptato cultu Baalis, Astaroth, Moloch, et aliorum vicinarum gentium numinum ; sed religionem vitulorum aureorum ne verbo quidem reprehendunt. Vitio Scriptura vertit Jeroboamo tantum schisma illud, ex quo ad idololatriam viam paravit. Vitulos hosce eodem titulo donat princeps, quem sibi verus Deus frequentissimè vindicat : *Qui eduxerunt te de terrâ Ægypti*. Denique prophetae in ditione Israelis agentes, quique veri Dei religionem non abjecerant, nunquam tamen omnes illos principes totumque regnum ut idololatriæ addictum horruerunt, quantum ubique cultus aureorum vitulorum regnabat. *Usquequò claudicatis in duas partes? Exprobrat Elias Israelitis: Si Dominus est Deus, sequimini eum; si autem Baal, sequimini illum.* Verum igitur Israelitarum Deum proposuerant sibi Israelitæ in utroque hoc simulacro. Hæc succurrunt ad excusandam utrumque idololatriam Jeroboami ac decem tribuum Israelis.

convertunt in genere femineo, id est, vitulas, quod etiam fecit Josephus, quos secuti sunt

Sed facile hæc exploduntur. Si cultus aureorum vitulorum in deserto impius erat et idololatricus, si Deus illum severissimè puniit quis aureos vitulos Jeroboami ab impietate et idololatriâ censeat immunes? Quæcumque enim ad excusandum Jeroboamum ejusque subditos afferri possunt, hæc pariter Aaronem atque Israelitas in deserto purgant. Annon Scriptura vitulos illos traducit nomine deorum alienorum et conflatum? *Fecisti tibi deos alienos et conflatum, ut me ad iracundiam provocares; me autem projecisti post corpus tuum;* quæ verba sunt Ahia prophetae ad uxorem Jeroboami. Nec vera sunt quæ de silentio prophetarum versantium in regno decem tribuum, probante cultum vitulorum, objiciuntur. Gravibus illos verbis castigat Osee : *Vaccas Bethaven coluerunt habitatores Samariae... et disperdentur excelsa idoli, peccatum Israel.* Et alibi : *Projectus est vitulus tuus, Samaria... et in araneorum telas erit vitulus Samariae.* Quoties Scriptura Jeroboamum accusat de perducto Israele in errorem et in peccatum, atque à Domino defectionem ! *Separavit Jeroboam Israel à Domino, et peccare eos fecit peccatum magnum.* Cum verò imaginem principis impii exhibere vult, incedere illum ait in viis Jeroboami, qui Israel in peccatum induxit. Frustra igitur ab iniquo hoc principe crimen amoliris. Aureorum vitulorum cultum nullibi probat Scriptura; neque conscios se illius exhibuerunt prophetae, qui vitam in ditione Israelis egerunt. Quin et conati sunt pro viribus removere ab eâ superstitione populum, omnique tempore impij hunc cultum impii cultoribus exprobrarunt. Abfuerant ab eâ superstitione sacerdotes Domini, qui et cum religiosissimis quibusque Israelitis à ditione Jeroboami secessere. (Calmel.)

*Et après y avoir beaucoup pensé, il fit deux veaux d'or, etc.* Cet excès de Jeroboam paraît plus inconcevable en quelque sorte que celui même de Salomon. Car on conçoit plus facilement ce que peut l'amour excessif des femmes sur l'esprit d'un homme, et il est moins étonnant que Salomon s'y étant abandonné par un effet de la fragilité de la nature, et par une suite presque inévitable de cette grande affluence de toutes sortes de délices et de biens dont il jouissait, se soit dévoué à leurs sentiments, et leur ait voulu complaire jusqu'à quitter Dieu, puisqu'Adam lui-même l'abandonna pour plaire à sa femme. Mais ce qui paraît absolument incompréhensible, c'est que Jeroboam, à qui le prophète avait déclaré que *le Seigneur déchirerait le royaume entre les mains de Salomon, parce qu'il l'avait abandonné, et lui en donnerait à lui-même dix tribus,* songe à s'assurer la possession de ces dix tribus que Dieu lui avait données, en abandonnant Dieu comme avait fait Salomon, et regarde comme une grande politique, pour affermir sa couronne, ce qui l'avait fait perdre à ce prince même, à qui on l'ôtait pour la lui donner. Ce n'est point l'emportement d'une passion ardente qui le pousse à cet excès : il le fait par un conseil prémédité, et, comme parle l'Écriture, *après y avoir beaucoup pensé.* C'est ce qui fait dire à

plurimi ex antiquioribus Patribus, ut Clemens Romanus, lib. 8, Const. cap. 52; Tertullianus lib. contra Judæos cap. 1; Epiphanius de Prophetarum vitâ in Joam propheta; Theodoretus hic q. 42. Quâ de re nos pluribus ad illud Osee c. 10, v. 5 : *Vaccas Bethaven coluerunt habitatores Samariae.* Ubi etiam in genere femineo enuntiantur, qui à vulgato millies in masculino appellantur vituli. Ego primum vitulos fuisse puto, quam ad rem, si mihi defuisset alia, Vulgati auctoritas satis esset ad fidem. Sed hoc planè docet textus ipse Hebræicus : *Sene agle Zaab*, ubi duæ sunt notæ masculini generis. Atqui dices : Cur Vulgatus, cum de vitulis à Jeroboamo conflatis esset sermo apud Oseam, genus adhibuit femineum? Respondet Hieronymus irrisoria gratiâ vitulos vocatos fuisse vaccas, quod in omni, credo, idiomate familiare est. Cum enim aliquem ignavum aut mollem significare volumus, id muliebri compellatione facimus. Sic Numanus apud Virg. l. 9, dum Trojanis imbecillitatem exprobrat, et ignaviam, non Phrygiæ appellat, sed Phrygiæ, sicut etiam Homerus Iliad. 8, *ἄγριδας* vocat, non *ἄγριδος*. Et Isaias, cap. 5, v. 12 : *Mulieres dominatæ sunt eis.* Ut ergo Deus ostendat à vitulis nihil sperari posse magnum et opportunum, non vitulos vocat, aut tauros, in quibus constantia expectatur et robur, sed vaccas aut vitulas, quæ imbelles sunt et facilè deficiunt.

Sed quæret curiosus aliquis, cur Septuaginta vitulas expresserunt : quod item hoc loco fecit Josephus. Ribera ad locum Osee, de quo proximè, multis docet, et satis eruditè, neque vitulum quem antea conflaverunt Hebræi ad montem Sinai, neque duos alios quos ad illius imitationem finxit Jeroboam, aliquod masculini sexûs habuisse signum, cum tantum essent expressa vitulorum capita, ex quibus non magis vitulos quam vitulas fuisse conjectes. Fe-

un savant théologien (Estius), qu'il étoit de la dernière folie à ce prince, après qu'il avait reçu ce royaume de la main de Dieu qui le lui avait promis, de s'imaginer qu'il le devait affermir par un moyen aussi impie que celui qu'il prit de proposer à son peuple des veaux d'or pour les adorer, comme si le même Dieu qui le lui avait donné, n'aurait pas pu le lui conserver. C'est cet homme cependant que Dieu a choisi pour régner sur les dix tribus d'Israël; mais il l'a choisi dans sa fureur. Et qui osera, après un exemple si terrible, souhaiter encore d'être élevé en autorité sur les autres, puisque cette élévation même peut être souvent un effet de la colère de Dieu, ou au moins la cause d'une chute très-funeste?

(Sacy.)

cisse autem Jeroboam plures vitulos aut vitulas ad antiquissimi vituli exemplar, ex eo fit probabile, quia iisdem verbis usus est in illorum dedicatione Jeroboam in hoc lib. 3 Reg. c. 12, v. 28, quibus parentes olim ad montem Sinai alterum dedicarunt Exod. c. 32, v. 8; uterque enim dixit: *Ecce dii tui, Israel, qui te eduxerunt de terrâ Ægypti;* quia verò alicui durum videri poterat tantum vitulorum expressum esse caput, sicut viro euidam docto visum est, cui ego difficilè persuadere potui; ideò mihi hoc accuratiùs explorandum est. Ita docet Hieronymus super Oseam cap. 7, in primis verbis : *In eremo vituli conflaverunt caput, atque dixerunt: Isti sunt dii tui, Israel.* Et cap. 11, v. 15, ad illud : *Et ego quasi nutritus Ephraim,* « Cum peccassent, inquit, et fecissent sibi vituli caput, dedi locum poenitentia. » Augustinus ad illud Psal. 73 : *Dedisti eum escam populis Æthiopum :* « Ipsum, ait, caput vituli in ignem misit et exterminavit. » Ambrosius, lib. 1 de Poenit. cap. 8 : « Moyses rogavit, quando vituli caput fidei immemores adoraverunt. » Lactantius lib. 4, cap. 10 : « Cum Moyses dux Hebræorum ascendisset in montem, atque ibidem quadraginta diebus moraretur, aureum caput bovis, quem vocant Apim, quod eos signo præcederet, figurarunt. » Idem Rupertus in illud Amos 5 : *Numquid hostias.* Et in eadem verba Beda Actor. 7. Cum ergo Jeroboam ad hujus vituli similitudinem duos alios conflasset, verisimile est duo potiùs capita, quam tota vitulorum corpora ex auro formasse. Quod etiam Septuaginta confirmant, qui cum de vitulis hisce loquuntur, non vitulos, sed vitulas appellant hic, ubicumque de vitulis sermo est, quas vocant *δαυδαεις*, illis semper genus attribuunt femineum. Idem facit Josephus lib. 8 Antiq. c. 3, ubi sæpè vitulas appellat aureas. Sed cur, si tantum caput expressit, vituli à vulgato in masculino genere dicuntur?

Mihi non videtur difficilis solutio, cum eo habitu efformari poterint, ut licet caput tantum esset expressum, nihilominus in eo torvitas aut vis appareret masculina. Ut enim experientia docet, aliquid est in fronte ac totâ facie tauri, quod in vacæ fronte ac facie non videmus. Unde qui nudum tauri caput videret, non difficilè cognosceret esse taurum. Adde quod frequenter in Scripturâ vituli vocantur, non vitulae, quæ mihi ratio gravissima est. Cur ergo vitulus olim ab Hebræis ad montem Sinai, et postea à Jeroboam in Dan et Bethel expres-